

Heinrich Rahn

**Henricus Rahne, I. U. D. Prof. & h. t. Vice-Decanus Facultatis Iuridicae, Suo & Dnn. Collegarum nomine Ad Disputationem Inauguralem, Quam De Mutatione Nominis, habebit Dn. Melchior Hansen, Sleswicensis, ad diem XVIII. huius Mensis Martii ... officiose invitat**

Rostochii: Charactere Kiliano, 1658

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747339856>

Druck Freier  Zugang





N. K. — 2 (91.)

1. Schütz de possessione.
2. Schütz de usu fructu.
3. Schütz de obligationibus.
4. Pahn positiones ex jure civili et canonico.
5. Pahn de praesagio rerum publicarum.
6. Pahn an licet Christiano ethnico jure uti.
7. Pahn de deorsu in contractibus minorum.
8. Pahn de concursu actionum.
9. Stypmann de concursu actionum ejusque effectu.
10. Pahn de concursu et prioritare creditorum.
11. Stephani de concursu creditorum eorumque privilegiis.
12. Pahn de processu judiciario.
13. Pahn de austraegis.
14. Pahn de nobilitate.
15. Pahn positiones ex jure civili et canonico.
16. Pahn de jure emphyteutico.
17. Pahn de injuriis et famosis libellis.
18. Embere de beneficio competentiae.
19. Embere de necessaria defensione.
20. Redeker de gratia.
21. Redeker de homagio.
22. Redeker de cunspiriis publicis.
23. Redeker de morte.
24. Redeker de neutralitate.
25. Redeker de liquidatione.
26. Redeker de errore calculi.
27. Redeker an. suspensus de tali crimine ex quo poena infamiae aut alia corporis afflictiva irrogari possit, ad juramentum praestandum sit compellendus.
28. Redeker de confessionibus.
29. Laurenberg de liberarum civitatum v. R. I. eminentia, jure et privilegiis.
30. Laurenberg de interdicto Salviano.
31. Woldenberg de vestigalibus publicis et amissionis.
32. Woldenberg de aetate canonica et qualitate et ordine praeficiendorum.
33. Woldenberg an consensus parentum in nuptias liberorum de jure divino, naturali, gentium civili et canonico de necessitate an honestate requirendus.
34. Woldenberg de majuma.
35. Woldenberg de novo anno seu oblatione votorum.

36. Woldenberg idea seu delineatio juris publici in imperio Rom. Germ.
37. Woldenberg de favore episcopi quod publice interest.
38. Rahne de successione conjugum.
39. Radov. an factum senis procuratoris et coloni aliorumve alterius nomine possidentium atque possessionem negligentius vel dolose prodebatum domino verove possessori nocent?
40. Volochow de quaestione in tortura reorum.
41. Hegenwaldt de tributis extraordinariis.
42. Schütz de investitura.
43. Ströck de jure testandi inter liberos.
44. Ströck de pactis successoriae, eorumque iustitia.
45. Plinius de jure necessariae defensionis. Völsperger.
46. Ziegler de eo quod iustum est circa mortuos.
47. Sibrand de valore juramenti actui adpositi.
48. Sibrand de intercessione mulieris pro marito.
49. Redeker de tortura prohibenda.
50. Redeker de quaestionibus seu tortura reorum.
51. Leifer de aquae pluviae arcendae actione.
52. Leifer de responsis prudentium.
53. Novicus de fictione.
54. Radov. de archivis.
55. Pomerech de auctoritate juris.
56. Beckmann de obligationum confusione et resuscitatione.
57. Beckmann juris de non appellando et differentia juris de non evocando.
58. Schleenstein de affinitate.
59. Reichel de beneficio probandi secundae instantiae.
60. Rümelin de donatione remuneratoria et obligatione antidotali.
61. Gabe de iuribus et privilegiis miserabilium personarum.
62. Romaner de corpore delicti in criminibus facti permanentis portioibus, ad effectum condemnationis considerato.
63. Chuno ad L. S. C. ad L. Jul. majest.
64. Mylour de morgengaba Zittaviensi.
65. Heier de primo cautionis gradu.
66. Rahne de incorporatione.
67. Redeker de actu judiciali extremo seu executione.
68. Redeker de quaestoribus.
69. Woldenberg de abactu sive abigenti.
70. Lambert de miscellaneis juris controversiis et assertionibus.
71. Wedderkopff de irrohulatione actorum.
72. Aichel Thüser juris controversi.

6. 8  
HENRICUS RAHNE,

J. U. D. Prof.

& h. c.

VICE - DECANUS

Facultatis Juridicæ,

Suo & DNN. Collegarum nomine,

Ad

DISPUTATIONEM  
INAUGURALEM,

*Quam*

DE MUTATIONE  
NOMINIS.

habebit

DN. MELCHIOR HANSEN,  
SLESWICENSIS,

ad diem XVIII. hujus Mensis Martii,

Magnificum DN. Rectorem,  
& omnes omnium Ordinum cives Aca-  
demicos & Literatos Literatorumq; fautores  
officiose invitat,

---

ROSTOCHII

Exscriptum est CHARACTERE KILIANO,  
ANNO M. DC. LVIII.

**R**eperiuntur hoc præprimis seculo aliàs ulce-  
 roso, qui statuunt, non licere Christianis  
 ethnico jure uti, quippe quos oporteat DEI  
 tantum verbo gubernari. Quasi verò Ev-  
 angelium pugnaret cum legibus & politiis  
 humanis quas nec abolere voluit, nec uspiam præcepit Sal-  
 vator. Ad Indos itaq; & Garamantas ablegandæ sunt tri-  
 bunitiæ illæ legum abrogationes, cum & injustæ sint, & Res-  
 publicas concutiant maximè atq; divellant. Alii quidem  
 paulò mitiores, insolentes tamen, existimant, justa & æqua  
 sine arte atq; doctrina perspicere naturali quodam sensu posse,  
 sicut apes architectonicam norunt absq; institutione. Ve-  
 rum & hi toto, quod ajunt, cœlo aberrant. Etenim ut in  
 aliis artibus initia quædam suppeditat natura, quæ postea  
 doctrinâ proficiunt: ita in hac juris & morum informatio-  
 ne principia à natura proveniunt. Necessè namq; est con-  
 stare certa fundamenta: ex quibus tamen duci regulæ, sine  
 doctrina non possunt. Quoties affinitas decipit homines?  
 Nonne interdum turpiter prætenditur nomen interesse im-  
 mensis & immanibus usuris, aut falso societatis prætextu,  
 aut simulatis emtionibus? Hæc sine eruditione ac doctrina  
 non possunt deprehendi & emendari. Et quæ forent, quæ-  
 so, judiciorum tenebræ, quæ confusio, si non essent arte  
 tradita actionum discrimina? Quis sine doctrina cerneret,  
 quid publiciana à rei vindicatione distet, & quomodo altera  
 ab altera discernatur? Et hoc genus alia multa? Res igitur  
 ipsa fateri cogit, necessariam esse artem, ac eruditionem,  
 tanquam animi medicinam ad dijudicanda justa & æqua,  
 camq; præcipuam esse moralis Philosophiæ partem. Nihil  
 est homine perito indignius, quam artis suæ laudem alia-  
 rum

rum artium vituperatione augere velle. Sunt enim excellen-  
tia Dei dona, quæ omnes venerari atq; amare oportet. Et  
cum sit admirabile opus Creatoris, in humanis mentibus  
nosse numeros & ordinem; cur non etiam admiremur illas  
notitias, quæ discernunt iusta ab iniustis, ac juris scientiam  
pariunt? Siquidem istæ notitiæ sunt quædam imago Dei,  
ex qua orta est juris prudentia, ars non minor reliquis disci-  
plinis, dum magis regit vitam humanam, quam notitiæ seu  
ideæ artium aliæ. Itaq; cum sit arte aliquâ opus, ad intelli-  
genda & discriminanda iusta & iniusta, æqua & iniqua, quos  
altos artifices nisi apprimè doctos & eruditos, qui in sapi-  
entissimis consiliis summorum Imperatorum, id proposue-  
runt, & disputarunt, quales fuerunt Trebatius, Tubero, La-  
beo, Capito, Nerva, Cassius, Ulpianus, Papinianus. & ejus  
fortis plures sequeremur? Rectè igitur Romano jure uti-  
mur. Nam vetus omninò mos est, ab optimè constitutis  
urbibus exempla petere. Nihil puduit Atticos, Ægypti-  
as quasdam leges, teste Herodoto, ad se transferre. Nemo  
Romanis vitio verit, quod, cum cogeret necessitas publi-  
ca leges conscribere, in Græciam miserint Legatos, quo-  
rum summos ibi homines de Repub. rectè instituenda consule-  
rent, atq; legum formulas inde reportarent. Quod cum &  
majores nostri fecerint, quando Romanorum scita ad nos  
attulerunt, quid quæso peccarunt? Nulla sanè fuit Respub,  
quæ aut plura nobis, aut illustriora virtutis, humanitatisq;  
exempla, aut æquiores leges dare potuerit, quàm Romana;  
quippe quæ omninò unicum quondam virtutis humanita-  
tisq; in terris extitit domicilium; & à quâ literas, artes, &  
alia mutuavimus, quæ in hunc usq; diem feliciter usurpamus.  
Neque enim sine Dei consilio accidisse arbitrandum est,  
quod post inclinationem Rom. imperii cum usu harum san-  
ctionum vel rejecto vel amisso, barbari iudiciorum ritus  
succes-



successissent <sup>ut ait</sup> à Lothario Saxone Imp. & Sapiaentia & autoritate eccellente, revocatum fit jus Romanum in forum & scholas, utpote justitiæ & rationi congruum. Dicat aliquis: cur verò non ratio ipsa, cur non leges Moyfis præferantur decretis Justiniani atq; Ethnicorum Jurisconsultorum scriptis? Quia illorum principia, ut cum Dialecticis loquamur, sunt notitiæ divinitus sparsæ in hominum mentes, quod & supra indigitavimus, naturâ notæ ac firmæ justitiæ regulæ. Ex his initiis totum Juris Rom. ædificium extructum, & leges bona consequentia inductæ sunt. Quis enim sanæ mentis negabit, structuram Juris Justiniani fundatam esse partim super demonstrationibus, partim honestissimis & probabilibus rationibus, quæ vicinæ sunt divinæ sapientiæ: à quâ si interdum aberret mens Legislatoris, non objurganda est in ipsa ars: sed vitium illud adscribendum est caligini mentis humanæ, & annumerandum mortalium nævis. Errores namque erunt, donec homines. Verùm ne & nos à via aberremus, dicimus: Scire Jctum justitiam in contractibus esse æqualitatem, quæ desumpta est ex præcepto: Non furtum facies. Hinc nascitur regula, injustum est alterum cum alterius detrimento fieri locupletiozem. Eruditissimè igitur quæ sita est æqualitas, ac soepè demonstrationes manifestæ sunt, ut in *l. 13. §. 20. de act. empt. & vend.* si emptor non dedit pretium post diem traditionis, solvat venditori pretii usuras, propterea quod re emptâ fruatur. Cujus perspicua est ratio, sicut ipse Ulpianus ibidem innuit, æquitas & æqualitas. Id genus investigationes æqualitatis quam plurimæ reperuntur in libris Juris, quarum aliæ magis aliæ minùs manifestæ sunt. Interim cum sint demonstrationes, fatemur, ut in aliis artibus, veritatem demonstratione erutam, amplectendam esse, & laudandos artifices, tum veteres tum recentiores, qui ingenia discen-

discerentium ad ipsos fontes deducunt. Quamvis etiam interdum probabilis tantum ratio legis sit; tamen concinna est, sicuti in diversis poenarum modis satis elucet. Nostro jure debitor, qui non est solvendo, nisi ad flebile cessionis beneficium provocet, & ignominiam & alias quoque poenas sustinet. Apud Thebanos in Græcia lex addebat certum spectaculum, quo deterrerentur plures, ne æs alienum cummulerent. Debitor in calathum seu cophinum imponebatur suspendebaturque publico in loco, ut cæno conspurcetur, aut perfunderetur aqua. Hæc & ejus farinae alia decreta, licet causas non habeant necessarias, oriuntur tamen ex ratione probabili & pulchra, ideoque valent ~~enim~~ propter magistratus autoritatem, quam Deus armavit hac potestate; ut certis circumstantiis communes sententias includat. Quas qui derident exceperunt ex jure Roman. inutilia & levia quædam exempla, ipsi deridendi: cum bonæ mentis sit intueri totum scientiæ ædificium, & considerare divina cœlestia ista sapientiæ divinæ oracula, videl. præcepta decalogi, ex quibus postea reliqua moles ad fastigium usque est extructa. Idcirco satius arbitramur retinere observareque vetera jura, quam vel novas subinde fingere leges, vel ex arbitrio judicare. Quemadmodum enim sine valetudinis jactura nemo victus rationem mutat; ita nec leges sine publica permutatione mutantur.

*Moribus antiquis res stat Romana virisque.*

Et sicuti stultum est cum moribus antiquis pugnare, sic quoque periculosum est & confusionsi proximum, à potentum affectibus jus expectare, qui sæpè tyrannidem spirant. Melius ergo est Remp. regi certis legibus, & doctrinæ formam, quam judicare ex magnatum arbitriis, aut ex opinionibus & inerudita Rhetorica ardelionum, vel ex vaga quadam, & in proprio cerebro nata æquitate ut videtur, determinare causas

causas. Facile enim est fingere prætextus, & specie aliquâ affectum tegere. Rectè, ait Cic. ubi discessum est à scripto jure, omnia sunt incerta. Proinde non satis apud animum nostrum constituere possumus, morosi an videantur tantum, an prorsus furere iniqui illi Civilium Legum censores. Nam ut illiberalem convivam esse existimamus, qui apud amicam præsentem copiam nauseat: ita qui præsentem mores, instituta, ac leges temerè fastidit, opicus nobis & parum urbanus videtur: Et cum in omni vita sapientes præseperint, communibus moribus, tanquam scenæ obsecundandum esse, valde injusti sunt, qui quasi cum rebus humanis bellum gesturi, præter sua nihil probant. Sordidas ac plebeias animas ferè præsentium pœnitet. Atq; sensu carent, qui cum libidine sua, non ratione omnia metiantur, inconsulto miro novandi studio tenentur. Sed, ut his relictis, ad aliàs generis vel impostores, vel novatores transeamus, monet & urget DNI MELCHIORIS HANSEN, SLESVICENSIS, laudabile propositum, cujus gratiâ hæc scribimus. Ille namq; postquam per novem annos studio Juris hic, Helmstedti, & in Argentoratensi Academia lucubrando, auscultando, & disputando sedulam navavit operam, multorumque populorum Mores & urbes peregrinando lastravit, ad nos rediit, & à Collegio nostro petuit nomen suum Candidatorum numero adscribi. Honestæ huic petitioni non potuimus honestè deesse. Stetit ergo sese ad nostrum postulatum primæ probationi, in quâ se præstitit virum eleganter doctum & juris bene peritum, adeoq; dignum, cui summus in utroq; jure & Civili & Canonico gradus conferatur. At verò dignitatem illam ante consequi nequit, quam publice etiam cuivis ostendat se eum esse, quem profitetur, & nos describit. Hujus igitur rei causa conscripsit pro more Academico Disputationem Inaugura-

guralem ad L. unic. C. DE MUTATIONE NOMINIS.  
Mutatio nominis, cuius & in sacris habemus exempla, pi-  
culum quidem non est, nec præiudicium creat, aut poenam  
meretur; dummodo non sit fraudulosa, neq; alteri damnum  
inferat. Quia sicut unus aut alter in theatris stultorum, mo-  
tionum aut aliarum personarum nomen sibi assumit; ita a-  
nimadversione dignus non est, qui nomen suum commu-  
tat, aut joco, aut ut sese vel amicis ex periculis liberet, aut  
sibi citra alterius detrimentum proffit. At tamen homini in-  
genuo non omnino convenit, ut pro lubitu aliud sibi nomē,  
prænomen, cognomen vè adsciscat. Qui enim id tentant.  
nihil ostendunt aliud, quàm quod singulare supercilium ge-  
rant, quod ambitione tumeant, quod novandi libidine fla-  
gant, vel quod suæ se pudeat pigeat vè familiæ. Præsul Ro-  
manus, qui à Ponte nomen habet, &, ut loquitur Bernhard  
Morlanen. lib. 2. de contemp. mun.

*Qui super hoc mare debuerat dare se quasi pontem  
In Sion omnibus, est via plebibus in phlegetontem.*

quando ad dignitatem illam Papalem elevatur, statim com-  
mutat nomen. Et hæc nominis mutatio ominoso vocabulo  
vocatur gratiosa. Quid autem denotet, & quibus stabilia-  
tur rationibus, id potius ipsorum Romanensium, quam no-  
stris enarrabimus verbis. Omnium instar sit *glossa in Proœm.*  
*Sexti Decretal.* ita rem explicans: *Solent juvenes dubitare, quâ  
ratione mutetur nomen in creatione Rom. Pontificis? Responde-  
tur hoc fieri, (1) ut ostendatur, ad permutationem nominis, factam  
mutationem hominis Cum enim esset Papa prius purus homo, nunc  
vicem veri Dei gerit in terris, cap. un. ibi: etsi locum Dei tene-  
amus in terris, Extr. ut Eccles. ben. sin. dim. conf.) (2) Vel id-  
eod: quia omnis actio Christi nostra est instructio: sed in promotio-  
ne Petri mutatum est sibi nomen; cum primo vocaretur Simon; at  
Rom. Pontifex vicem Petri gerit. (cap. per venerabilem. 13. ibi:  
Id,*


Id, nempe legitime illegitimè natos, in patrimonio beati Petri liberè potest Apostolica sedes efficere, in quo & summi Pontificis auctoritatem exercet, & summi principis exequitur potestatem, Extr. *Qui fil. sint legit. Unde ad ejus instar mutandum est nomen. Præterea (3) æquum fuit, mutationem fieri: quia posset promotus turpe originis nomen habere. Unde non esset æquum, ipsum illo nomine vocari.* Verum relinquimus Papæ & suo clero hanc suam glossam, parum latinam; mittimusq; rationes vix rectæ rationi convenientes. Neque argumentis actiones Pontificiæ indigere arbitramur; cum, ille in omnes mortales sibi sumat judicium, & à nemine velit judicari *can. Si Papa 6. Dist. 40.* Placeat ergo sibi, quamdiu placuerit illi, cujus se vanè & falsè Vicarium venditat & gloriatur. Nobis liceat saltem paucis attingere eos, qui nomen cognomenve mentiuntur, ut alium fallant, & circumveniant. Afferimus autem ejusmodi machinatores & sycophantas non modò gravem incurere censuram, sed & pœnâ falsi aut arbitrariâ puniendos esse, cum juxta qualitatem & circumstantiam facti, tum ad prudentiam & discretionem judicis. Hinc carnificem quendam, teste *Ant. Fabr. in suo Cod.* qui honesti viri & advocati nomen sibi arrogaverat, seq; pro agnato publice jactitaverat; falso tamen & dolo malo, ut probi & nobilis viri existimationem læderet, aut ab eo, ne id faceret, pecuniam extorqueret, Senatus Sabaudicus virgis cedendum, & exilio multandum censuit. Sed hæc & ejus farinae alia Dominus Candidatus MELCHIOR HANSEN, in dicta Disputatione, quam de nominis mutatione conscripsit pluribus persequitur. Tu vero, Magnifice Domine Rector, & vos Domini Professores, Doctores, Licentiati, Verbi divini Præcones, Magistri, & artium liberalium virtutisq; Sectatores nostrum Candidatum in gratiam vestram recipite. Ad ipsius Disputationem inauguralem ad diem 18. hujus mensis Martii publicitus habendam frequentes convenite, & vel conferte super ea amicis cum illo sermonem, vel suas theses defendentem benigne auscultate, & favore vestro subleuate ac animate. Id quod pro vestro in nos studio vehementer rogamus, atq; redhostimentiloco si non parem vel majorem, tamen quam possumus unquam, gratiam nos relaturos, promittimus.


P. P. & Sigillo Collegii Juridici munitum,


ROSTOCKI VII. Mart. ANNO

1708 c. LVIII.


☉: (0): ☽











burgensi Land-Recht lib. 2. art. 60. Jur. Lub. l. 2. traditur, si commodatarius rem sibi traditam alienet, Dominum Commodantem nullam actionem, cui alienatio facta est sed oportere eum commodatarium, da jemand seinen Glauben gelassen suchen / & ut in Jure Lubecensi dicitur Hand in Lib. 3. art. 2. 1. 2. ibique Mey. ubi ratio statuti.

III. Jure Civili cuivis majorenni sanæ mentis rerum administratio & alienatio permittitur l. 1. sicut C. de Obl. & Act. l. in re mandata C. man. sua non abutatur §. sed & major Inst. de his q. tem Saxonico illa potestas est restricta, quia bonorum quæ sita Stammgüter dicta, nemo sine coheredum alienare potest Land-Recht lib. 1. art.

IV. Jure Civili maritus à cura uxoris sua dare tut. & §. pen. Inst. de excus. tut. Ratio ab ipso gestum, propter affectionem remittat, & talibus periclitetur uxor l. maritus. C. qui da Saxon. Land-Recht lib. 1. art. 31. & lib. 3. art. maritus sit legitimus uxoris suæ tutor Ehevogt lebratis nuptiis uxor in potestatem & tutelam ma

V. Majorennis quis de Jure Civili fit, & ætatis compleverit t. 1. ff. de minor. vel veniam l. 2. C. de his qui ven. et. Jure autem Saxonico tur Anno æt. 21. Land-Recht lib. 1. art. 42. & hinc eodem jure terminus restitutionis brevior Civili.

VI. Jure Civili licet Debitor ob æris modo non sit, tamen ideo à Creditoribus suis in detineri, & ad operas jure servitutis præstandas. as. juncta Auth. seq. C. de Oblig. & Act. & ibi de Jure Saxon. veteri Land-Recht lib. 3. art. 3 Lubec. Lib. 1. r. 3. art. 1. ibique Mey. n. 14. à j. vitia debitor adjudicandus est, quæ etiam adj. tantum locum habet, non autem in dignitate co. Exec. p. 1, 6, 6. n. 129.

1. &  
t aut  
con  
Com  
r ihu  
ren/

rum  
pari  
uis re  
e au  
ma  
orum

t. qui  
male  
s do  
utem  
quod  
m ce

num  
verit  
icun  
c. 26.  
Jure

lven  
ivatis  
l. ob  
otest  
Jure  
fer  
bejis  
proc.  
VII.

